



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vetustissima Inscriptio Qva L. Cornelii Scipionis Elogivm  
Continetvr**

**Sirmond, Jacques**

**Romae, 1617**

Illusterrissimo Et Excellentissimo Domino Antonio Mariae Marchioni Salviato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11033**

ILLVSTRISSIMO  
ET EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
ANTONIO MARIAE  
MARCHIONI  
SALVIATO.



*FRANCISCVS AVGUSTINVS.*

*Felicitatem.*



I Dominis offerre munus aliquod licet ,  
hanc ego nascentis latinitatis inscriptio-  
nem , cum explana-  
tione viri Doctissi-  
mi , dignam puto , quæ tibi defera-  
tur à me : qui , & iam diù in eo sum  
dies , noctesque totus , vt nomini  
seruiam tuo , & antiquorum hæc

A 2 vesti-

vestigia relego tām obseruate, Ivt  
quasi gemmas vnionesque conse-  
cter. Mihi ergo diligenter omnia  
scrutanti, & perquirenti venit ali-  
quando tandem in manus ē visce-  
ribus antiquitatis effossus lapis ne  
dicam, an lapillus, & gemma the-  
fauris Arabum anteferenda? quæ  
cum diū multumque inter rudera,  
vrbisque parietinas latuisset, ad ex-  
tremum eruta ne agnoscebatur qui  
dem pro gemma priusquam Iaco-  
bum Sirmondum ē sodalitate Iesu  
virum insignitè doctum, & littera-  
turæ cuiusdam remotioris appri-  
mè gnarum nanciseremur, qui du-  
ctus in rem præsentem de lapidis  
pretio iudicauit. Censuit hæc es-  
se incunabula quædam Romanæ  
linguæ: quæ sic habuit suas ætates,  
ac progressiones quemadmodū ha-  
buit imperium. Intuere igitur etiā

tu

tu Princeps Excellentissime gem-  
 mam hanc , & linguam illam om-  
 nium Reginam gentium, audi bal-  
 butientem in Cunis, & vagientem .  
 Id si tibi gratum fuisse intellexero ,  
 næ ego conijciam, hoc munusculo  
 tibi etiam in posterum oppigneratam  
 esse industriam meam , quæ  
 qualiscumque tandem illa sit , ali-  
 quot iam annos fidelem institutio-  
 ni tuæ operam nauat . Vale .